



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 5. Veritas opposita fasitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis. Gal. 4. 15. 16.

Mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio: eo quod veritatem charitatis non receperunt. 2. Thess. 2. 10.

Ex Patribus, & aliis.

Cogitans humanam vitam, & considerans diversos errores; non invenio veritatem in hoc Mundo. Omne, quod videmus; & omne, quod intelligimus, mendaciam est. S. Hieron. in Pl. 115. 11.

Quid Paulo caput absceidit? quid Petrum ad crucem sustulit? quid singulos Discipulos variis tormentis tradidit? nonne quod prohiberent peccatum, & docerent justitiam? Semper enim Discipulis, quos reprehendunt, invisit sunt veritatis amatores, & Magistri. S. Gregor. Nyss. de Castigatione.

Veritas ideo semper invisit est; quod is, qui peccat, vult habere liberum peccandi locum: nec aliter se putat malefactorum voluptate securius frui posse; quam si nemo sit, cui delicta non placeant. Ergo, tanquam scelus, & malitia suae, testes extirpare funditus nituntur, & tollere; gravisque sibi putant, tanquam vita eorum coarguatur. Cur enim sint aliqui intempestive boni, qui corruptis moribus publicis convitium bene vivendi faciunt? Laetantius l. 1. div. instrit.

Si quis vult imitari vitas Prophetarum; si arguat, increpetque, peccatores: statim odium meretur; statim ei detrahetur, statim patietur infidias. Orig. hom. 11. in Jer.

Habet hoc proprium humanae mentis fragilitas; quod per amplius novitatibus, quam summis veritatibus delectetur. Sim. Cass. l. 9. c. 34.

Nulli grata reprehensio est: imò, quod pejus multo est; quamlibet malus, quamlibet perditus; mavult mendaciter praedicari, quam jure reprehendi, & falsum laudum irrisionibus decipi; quam saluberrimam admonitione fervari. Salvianus l. 8. de Prov. Dei.

Onostri, saeculi perditionem! ò Mundi pessimam corruptelam! ò Mundum mendacis & adulationibus, plenissimum! non est Veritas in Mundo; non est, qui loquatur verum cum proximo suo. Quidquid hodie vulgus loquitur; fraus, & adulatio, est. Docuerunt enim linguas suas loqui mendacium: in hac Schola exercitati sunt, in hac edocti: ut disce-re fallere, mentiri, adulari; exigua attolle-re, ex tumulis montes facere, ex culicibus elephantes. Haec civitas, haec affabilitas: & inurbanus est, quisquis fallere, & mentiri non novit. Si quis verax, si quis fidelis, & probus; rusticus, & stupidus, reputatur. S. Thom. Vill. tr. de Adv. Dom.

Credite mihi, amarissima est Veritas: sed nescio, quo pacto apud nullos amplius, quam apud literatos, qui sapientes sunt in oculis tuis: apud quos omnis vel admonitio charitativa, vel fraterna correctio, contumeliosae, &

vindicandae, deputatur injuriæ. Gerfon in ep. quadam ad Studentes.

Veritas est, sicut aqua lustralis, quam omnes flagitant: sed, cum spargitur, quisque faciem declinat. Stella de contemptu &c. p. 2. c. 60.

§. III

Veritatem audiendi, acceptandi, motiva.

Orote, ne celaveris me. 1. Reg. 3. 17. Monitores non loquuntur, quia vos filetis: nec sperate locuturos, donec vim quandam amantibus precibus ijs inferatis. Tacebat Samuel, licet accepisset à Deo strages, quae imminabant. Heli, & ejus Domui. Nec syllabam ullam traegediae mox futurae puer sanctus edidisset; nisi eum senex severe adegisset. Haec machina est, per quam ex altissimis hominum animis extrahuntur, sepulta Veritas, & peccata silentio tecta; si dixeritis: *oro te, ne celaveris me.* Oliva t. 2. conc. 26. die Ven. post Cin.

Habet hoc proprium mens profectibus anxia, humilitatis ornata decore; sine contradictione cogitationis, atque verborum, subjicere animum veritati; etiamsi videatur nostris volitis, atque sensibus, adversari. Sim. Cass. l. 2. c. 25.

Adversus solem ne loquere. Pythagoræ Symbolum in Ethicis. Id est, veritati manifesta non resistas.

§. IV.

Veritas liberè dicenda.

Ecce constitui te Deum Pharaonis. Exod. 7. 1. Quasi innueret: quod, nisi deitatem induat, privatus homo minime nuntiabit dura, & acerba, principi; ex quo sperare bona posset, & timere mala. Baeza t. 1. l. 3. c. 4. §. 33.

Occidat unusquisque fratrem &c. Ex. 32. 27. Cur ad munus adeo durum Moyses Levitas selegit? S. Ambros. ep. 56. Sanctiora coeteris ad hoc munus eliguntur ministeria Levitarum, quorum portio Deus est. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt: quoniam Sanctis omnia Deus est.

Non abscondam veritatem tuam à concilio multo. Pl. 39. 11. Suam David curam intendit, ubi gravius erat periculum supprimendae veritatis; scilicet in concilio multorum. Veloso in Judith 5. 5. Paræn. 10.

Increpabat eum dicens: neq. tu times &c. Luc. 23. 40. Inexpectatum os ejus aperuit Deus in Cruce, quod veritati patrocinaretur. S. Chrysost. t. 6. orat. de amulat. & pietate.

Qui veritatem praedicat, Christum confiteatur: qui vero eam in praedicatione tacet, Christum negat. S. Anton. Pad. D. 6. Pasch.

§. V.

Veritas opposita falsitati.

Pater filis notam faciet veritatem tuam. If. 38. 19. Non revelatur servo Veritas: quia servus nescit. &c. sed nec mercenarius rapitur ad contemplandam veritatem, qui propriam quaerit utilitatem. S. Bernardus f. 3. de Cantico Ezech. regis.

PPP pp 3

Nullus

Nullus suavior animo cibus, quam cognitio veritatis. Lactantius. l. 1. instit. de falsa rel.

Naturam hominis Deus veri adipiscendi cupidissimam fecit. Idem l. 3. instit. div.

Primum, quod creavit Deus, fuit lux: & primum, quod creat in homine, est cognitio veritatis; quam dæmon in iis, quos suorum albo inscribit, obliterat. Stella de contemptu &c. p. 2. c. 73.

§. VI.

Veritas opposita mendacio.

TITULUS VII. VESTES.

§. I.

Luxus vestium.

Ex Veteri, & Novo.

Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus, tunicas pelliceas. Gen. 3. 21. Quid homo gloriaris veste; cum illa sit nota peccati? Cornelius hic.

Arca testamenti intus erat auró obducta, & cilició foris cooperta. Exod. 26. Sit anima tua charitate plena; exteriùs, qualem se in vestitu ostendat, parum refert. Stella de cont. &c. p. 1. c. 40. Deus pretiosiora vilioribus vestimentis induit: Auri vestis terra: Uniones, margaritas, conchis includit. Quid pretiosius anima? quam illi vestem dedit? pelle, & carne, vestisti me; ossibus, & nervis, compegisti me. Job. 10. 11. Quid pretiosius Deo? quando se voluit induere, induit Humanitate. *Habitu inventus ut homo.* Philipp. 2. 7. Cur ergo corpora vilissima tam exquisitè vestiantur? Diez D. 2. Quadr.

In alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum, & innocentium. Jer. 2. 34. In vestimentis tuis, quibus ad ostentationem, velut colorata avis, induebaris, inventus est fudor, & sanguis, pauperum quos injustis mediis oppressisti. Junghen Nupt. Agni Exh. 8.

Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Matth. 11. 8. Adverte Christum dicentem: qui mollibus vestibus induuntur, in domibus regum sunt: qui verò talia vestimenta non habent, in caelis sunt. S. Chrysol. hom. 29. in ep. ad Hebr.

Induebatur purpurâ. Luc. 16. 19. Valde absurdum est, putridum cadaver pretiosâ veste ornari; unde possent multi pauperes sustentari. S. Bonaventura hic.

Mulier erat circumdata purpurâ. Apoc. 17. 4. Sic Babylon ornatur; sic ejus filij, & filia. At de Ecclesia Apoc. 12. 1. *Mulier amicta sole.* Cultus ejus splendidissimus, non è terra, sed cælo. Quod aurum, quæ gemmæ, quo purpura, cum sole conferre possunt, Baradius D. 2. Adv.

Ex Patribus, & aliis.

Vestes pullas æquè devota ut candidas. Ornatae sunt sordes; pari modò fugiendæ sunt: quia

Bonum liliū veritas, candore conspicuum, odore præcipuum. S. Bernardus f. 70. in Cant.

Non amat latibula veritas, non diversorijis delectatur, non angelos quærit: appetit autem publicum, cupit coram omnibus prædicari. S. Laurent. Just. de triumph. &c. c. 8.

Ludovicus XI. Gallie Rex agebat; se in Aula omnibus rebus abundare, exceptâ unâ. Rogatus, quænam ea esset? dixit: Veritas. Cornelius in Exod. 18. 21.

alterum delicias, alterum gloriā, redolet. S. Hieron. ep. 2. ad Nepotianum.

Verus ornatus maximè Christianorum, & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax; verum nè auri quidem, vestisq; pompa; sed mores boni sunt. S. August. ep. 73.

Cæterum si te sumptuosius comas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illicias, suspiria adolcescentum post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspirandi fomenta succendas: ut, etsi ipsa non peareas, alios tamen perdas; & velut gladium te, & venenum, videntibus præbeas. Excusari non potes, quasi mente cassâ sis, & pudicâ. Redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus: nec computari jam potes inter puellas, & Virgines Christi; quæ sic vivis, ut possis adamari. S. Cyprianus l. de discipl. & habitu virginum.

Sericum, & purpuram, induit Christum induere non possunt: auró, & monilibus, adornatæ ornamenta cordis ac pectoris, perdidierunt. Idem ibidem.

Impossibile est, aliquam agere curam animæ; & tantū facere corporis pulchritudinem, & ornatum. S. Chrysol. hom. 57. in Gen.

Margaritæ minus damnosè projicerentur ad porcos, & utiliùs ad medicinalia frangerentur; quam quòd collo, aut capiti, aut apponerentur vestibus mulierum. Pretiosa vestis ornat Judæam, sive Paganam; sed derurat omnino in moribus scæminam Christianam. Non enim vestis debet esse pretiosa; pro quibus mors Christi extitit pretiosa; nec in pretio vestimentum, pro quibus sanguis Christi est pretium. Sim. Cass. l. 15. de just. Christ. c. 3.

Certissimè scias, quòd quoties scæminæ delinunt facies suas colore hybió, & extraneó; toties diminuitur eis in fusio aliqua S. Spiritus; & diabolus magis appropinquat eis. Quoties verò ornant se vestibus in decentibus, & inordinatis; toties ornatus animæ diminuitur, & diaboli potestas augmentatur. O inimici mei, qui talia facitis, & alia peccata meæ voluntati contraria efronates committitis. Quare neglexistis Passionem meam? & non attenditis in cordibus vestris: quomodo ego nudus steti ad columnam ligatus, duris flagellis crudeliter verberatus. Quomodo ego nudus stabam, & clamabam in cruce, repletus vulneribus, & vestitus sanguine. Et quomodo